Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36554
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



erutus ad meliora conuertere. Secundum illud apostolicum.
Nos autem omnes reuelata facie gloriam dni contemplantes
in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam
quasi a dni spu. Cum fueris ab apostolis ac discipulis ihu marinis
fluctib: liberatus noli quaerere profundum sed in montib: sit
conuersatio tua. ut iam non habeas opus piscatoribus qui te rursus
de fluctib: extrahant. sed aliis quib: dam quos uenatores scrip
turae nuncupat. quae post eaue ntur de monte de colle de locis
altioribus. Ibis et deambulatio tua. ibi mens. gressus. et statio. Obli
uiscere maris. obliuiscere uallium ac profundorum. ueni ad montes
pph et as. ueni ad colles iustos. in ipsis sit conuersatio tua. ut cum
dies mortis aduenerit mittantur uenatores aliquid a pisca
toribus: qui sup adsumptionem constituti sunt et te cum celeris
sis de colle de monte de altiori loco accipiant. Uide autem si non
sacra tua uoce in eandem sententiam pph et a consentit dicens. Ecce
ego mitto piscatores multos dicit dns et piscabuntur eos. Et post hoc
mittam uenatores multos et capient eos super omnem montem
et super omnem collem. si uis et tu a bhis uenatoribus capi
caue ne uersis in uallib: Ne in alia humili regione consistas
quae re colles. quae re montem in quem uiso populo dns ascendit.
et secuti sunt eum discipuli. Ex quo aperiens os suum docuit
eos dicens. Beati pauperes spu qnm ipsorum est regnum
caelorum. et reliquas septem beatitudines. Neque
uero putes licere his uenatoribus aliunde homines nisi de mon
tib: et collib: capere. Et quod sequitur. de cauernis petrarum
unde possum intellegere petras. unde cauernas petrarum.
Uenio ad exodum. quaero aliqua inter praeceptionis occasione.
ibique inuenio uolente mori si uidere dm et dnm eidem pro
mittentem atque dicentem. Ecce ponam te in cauernam petrae.
et conspicient posteriora mea. faciem autem meam non uidebis.